

et non videbit advenientem sponsum suum. Vitrum cadens saxo^a comminuitur^d, et virgo adiuncta viro innocens^e non erit^e. Melior mulier mansueta, quam^f virgo^a animosa et iracunda. Quae attrahit in risu sermones viri, similis est circummittenti laqueum in^h collo suo. Sicut margarita in fundibulo^j aureo, sic virginitas co-operta^l reverentia.

Cantica demonum et tibiae resolvunt animam, et disperdunt fortitudinem eius. Quam custodi per omnia, ut non exprobrabilis fias. Non delecteris in risu, et inⁿ vituperantibus non leteris, quoniam dominus derelinquit^o eas. Non exprobrabis sororem tuam edentem, et in abstinentia tua ne^q exalteris. Non enim scis, quid cogitabit^r dominus, aut quis stabit in conspectu eius, quae miseretur videntibus^s oculis suis et tabescentibus casibus^t suis.

Super^u impossibilitatem animi^u gravis abstinentia, et vix dirigibilis castitas. Nihil^w dulcius celesti^x sponso. Animę virginum inluminabuntur, animę autem inmundorum^z videbunt tenebras.

et non videbit prodeuntem sponsum suum. Vitrum^b cadens^c saxo confringitur, et virgo contingens masculum non erit inculpabilis. — Melior est mulier mansueta quam virgo iracunda et animosa. — Quae protrahit^g in risu sermones viri similis est quae inmitit laqueumⁱ collo suo. Sicut margarita in aureo ornamento^k, sic virginitas quae se a verecundia circumdatur. Cantiones daemonum et tibiae dissolvunt animam et disperdunt vigorem^m eius: a quibus cave semper, ut non exprobrabilis fias. — Ne delecteris in ridiculis et cum detrahentibus ne conlaeteris, quia Deus dereliquit^p eas. Non spernas sororem tuam manducantem et in tua abstinentia non extollaris; non enim scis quid cogitaverit Dominus aut quid constabit in conspectu eius. — Qui dolet super livescentes oculos <suos> et marcescentes carnes suas non laetatur^v de impassibilitate animae suae. — Gravis est continentia et laboriosa castitas, sed nihil^y dulcius sponso caelesti. Anima virginum inluminabitur; animae autem inmundarum videbit tenebras.

a) a saxo H.

b) auf Rasur korr. S.

c) condens zu collidens korr. S.

d) comminuetur H.

e-e) non erit innocens H.

f) virgine H.

g) pro-

tait S. h) fehlt H.

i) laqueo S.

j) fundibulo H.

k) hornamento S.

l) cooperata H.

m) vicorem S.

n) fehlt H.

o) derelinquet

p) derelinquit S.

q) non H.

r) cogitavit H.

s) liventibus H.

t) carnibus H.

u-u) non laetabitur super impassibilitate animae H.

v) le-

tatur S. w) sed nihil H.

x) korr. aus celeste R.

y) nicil S.

z) im-

mundarum H.